



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. III. Non repugnat, quempiam liberari à pœnis debitis per impetrationem, vel merita congrua: immò probabile est, de facto suffragia vivorum ita prodesse defunctis per podum impetrationis, ut ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)



factionem necessariam esse specialem promissionem seu acceptationem divinam, quam plane convenit factam fuisse propter merita & satisfactiones Christi, ut qui est causa meritoria justificationis nostrae seu remissionis peccatorum, etiam sit causa glorificationis & remissionis poenarum temporalium, quae culpa remissa, remanent exolvendae in hoc saeculo vel in futuro.

Si inferas: ergo satisfactiones laboriosae justificationum non valent expiare de condigno poenam temporalem, restantem post culpam condonatum, quae est una ex propositionibus damnatis, de quibus Concl. praecedenti.

Respondeo N. C. quia sensus istius propositionis est: Satisfactiones laboriosae justificationum, quatenus oblatæ à Christo, & per ipsum acceptatæ à Patre, non valent expiare, id est, non expiant de condigno poenam temporalem, restantem post culpam condonatum, Alioquin (ut Concluf. praecedenti annotavi) immeritò fuisset damnata.

Si rursùm inferas: ergo hæc satisfactio non est de rigore justitiæ commutativæ, neque vindicativæ; requiritur enim favor ex parte judicis acceptantis opera nostra in satisfactio-nem, cum possit exigere poenam à seipso infligendam.

Responded, quantum ad justitiam commutativam: estò non foret necessaria promissio aut acceptatio judicis, hæc equidem hæc satisfactio esset de rigore justitiæ commutativæ; neque enim poena debetur ex justitia commutativa, ut patet in humanis, ubi poena pro peccato solum debetur ex justitia vindicativa seu punitiva; tamen reus possit peccare contra justitiam commutativam, lædendo jus judicis, quod habet ad poenam infligendam, si ipsi inferat injuriam, distinctam à non susceptione poenæ, in bonis propriis famæ vel fortunæ, ut traditur in materia de Justitia & Jure. Unde si solum fugiat, non facit contra justitiam commutativam: sin autem vi se defendat, & defendendo occidat vel mutilet judicem, aut ministros justitiæ, planum est, quòd peccet contra justitiam commutativam; sed hæc non habent locum apud Deum.

Restat ergo, quòd in foro Dei poena tantum debetur ex justitia vindicativa: ac proinde satisfacit justus de rigore justitiæ vindicativæ quoad æqualitatem solutionis, tamen non quoad modum. Primum patet: quia quod solvit, moraliter æquivalere poenæ alioquin debet. Sicut ergo si ipsam poenam debitam solveret, satisfaceret ex rigore justitiæ vindicativæ quoad æqualitatem solutionis; quidni etiam satisfaciat dum solvit, quod moraliter illi poenæ æquivalere? Interim quia necessarius est favor judicis; hinc quoad modum solutionis non satisfacit de rigore justitiæ vindicativæ. Poterit itaque simpliciter dici, quòd, supposita

ordinatione Dei, homo justus per bona opera satisfaciat de rigore justitiæ vindicativæ.

Sed numquid repugnat, quempiam liberari à poenis debitis per impetrationem, vel merita congrua absque solutione æquivalenti? Respondeo:

CONCLUSIO III.

Non repugnat, quempiam liberari à poenis debitis per impetrationem, vel merita congrua: immò probabile est, de facto suffragia vivorum ita prodesse defunctis per modum impetrationis, ut nulla solutio æquivalens intercedat.

Exordior ab ultima parte, pro qua citatur Cajet. tom. 1. Opusc. tract. 16. qu. 5. Navar. in Comm. de Jubilæo, notab. 22. n. 15. & Alii apud Suarez hic disp. 48. sect. 5. n. 4. ubi n. 5. eam sententiam fatetur piam & probabilem, & fortasse (inquit) est vera. Pro fundamento autem statui potest generalis promissio Christi Matr. 21. v. 22. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis.

Nonne Ecclesia sæpe orat, ut defuncti per intercessionem B. Virginis, & aliorum SS. veniam suorum peccatorum consequantur? Quid clarius, quam in officio Defunctorum sæpius petere, ut Deus condonet poenas animabus Purgatorii?

Accedat praxis Confessariorum, qui poenitentibus præcipiunt, ut orent pro defunctis, cum tamen non intendant his satisfactionem applicare? Hoc autem esse licitum, docet Catechismus Romanus part. 2. cap. 5. q. 63. ibi: Sed ex omni satisfactionum genere maxime convenit poenitentibus præcipere, ut certis aliquot & definitis diebus orationi vacent, ac pro omnibus, & præsertim pro iis, qui ex hac vita in Domino accesserunt, preces Deo faciant.

Denique Christus, quando descendit ad limbum, putas, quia indè solum liberaverit animas, quæ jam persolverant debitam poenam? Sanè de S. P. N. Francisco piè & probabiliter creditur, quotannis in die sibi sacra ad Purgatorium descendere, ut animas Fratrum suorum & Sororum indè educat, quas omnes non est verisimile debitam poenam persolvisse, cum fieri possit, & subinde contingat, ut aliqui moriantur in ipsa vigilia diei.

Quæris, unde sciam hoc privilegium? Respondeo: est continua Ordinis Seraphici Traditio, quam accepit Ordo à Sociis Sanctissimi Patriarchæ; quorum utique Sociorum sancti-

33. Probatur ultima pars Concl. ex Scrip. Matr. 21. Cajet. Navar. Suarez.

34. & praxi Confessariorum. Catechismus Romanus.

35. Privilegium Franc. liberandi animas.





suorum ex  
pennis Pur-  
gatorii.

tatem ac simplicitatem Ecclesia veneratur. Non est ergo verisimile ipsos finxisse huiusmodi privilegium; sed pie creditur, ab ipso Francisco de eo instructos fuisse.

Bartholomæus Pisanus lib. 3. Conf. Fructu 31. sic refert verba Christi ad Franciscum: Sicut ego in die obitus mei ad limbum accessi, & meritis ac virtute Stigmatum Passionis meae omnes animas, quas inveni, extraxi; sic volo, quod & tu, ut sis mihi conformis in morte, sicut es in vita, in die Natalitii tui vadas quolibet anno ad Purgatorium, & omnes animas trium Ordinum, scilicet Minorum, Sororum S. Clarae, & Penitentium Tertii Ordinis, quos ibidem invenies, in virtute & efficacia tuorum Stigmatum eruas, & ad gloriam Paradisi perducas.

Confirmatur ex Revelationibus B. Joannæ de S. Cruce, quæ multum auctoritatis habent. In iis autem legitur, quod B. Joannæ, in Festo S. Francisci per 6. horas in extasim raptæ, Dominus apparuerit, eique indicaverit, quomodo miserat S. Franciscum ad Purgatorium, ut inde animas sibi devotorum, virtute suorum Stigmatum liberaret. Et ulterius ei revelavit, hoc fuisse B. Francisci concessum singulis annis usque in finem mundi. Profectò ipsa mirabilis impressio Stigmatum, mirabilis Indulgentia Portiunculæ, mirabilis statio corporis post mortem, & similia plura extraordinaria & mirabilia, hæud parùm credibile reddunt præfatum privilegium.

36.  
Consimile  
privilegium  
concessum  
sacro Sca-  
pulari.

Omitto consimile privilegium (ut refertur) sacro Carmelitarum Scapulari concessum; de quo, præter Joannem XXII. Gregorium XIII. Sixtum IV. Gregorium XIV. & Clementem VIII. ita expressè loquitur Clemens VII. in Bulla, quæ incipit: *Dilecti Filii*, data in Urbe veteri 18. Maii 1528. Die quo à seculo huiusmodi Purgatorium accesserint, ipsa gloriosa Virgo Maria Sabbato sequenti post illorum Confratrum seu Religiosorum & Sororum obitus..... huiusmodi eorum animas à Purgatorio liberabit.

Angelus d. S.  
Francisco.

Huic Bullæ Sabbatinae Academia Salmantina subscripta, teste celeberrimo Theologo Joanne de Cartagena, qui ejus subscriptionem ac approbationem vidit. Ita Angelus à Sancto Francisco in Appendice Sacrarum Privilegiorum §. 2. Fides sit penes ipsum. Ego nullam Bullarum, quas hic Auctor citat. pro hoc privilegio, invento vel apud Cherubinum in Bullario Romano, vel apud Rodriguez: sed apud utrumque invenio Bullam Clementis VII. quæ incipit apud Rodriguez: *Noverint universi*; & est in ordine undecima; apud Cherubinum autem est trigesima prima, & incipit: *Ex Clementis Sedis Apostolica*; in qua lego hæc verba: *Ac ipsa gloriosissima Dei Genitrix semper Virgo Maria ipsorum Confratrum seu Religiosorum ac Sororum animas post eorum transitum suis intercessionibus continuis, piis suffragiis & speciali protectione adjuvabit.*

Clemens VII.  
Rodriguez.

In Summario autem istius Bullæ apud Rodriguez no. 2. sic scriptum habes: *Prædictis Confratribus Indulgentia plenaria conceditur. Et hæc est Indulgentia sabbatina, communiter sic nuncupata; eum tamen in tota Bulla non fiat mentio sabbati. Interim studiosus Lector videat de hoc privilegio Augustinum à Virgine Maria ad Purg. Ord. Carmelitarum in suo libello: *Privilegia omnium Religiosorum*, verb. *Indulgentia pro extraneis, Carmelitarum intuitu*, n. 2. & 14. Si verum est (ut pie creditur) liquet profectò, privilegium Sancti Francisci non esse impossibile.*

Si dixeris: Nequidem Christo tribuitur, ut singulis annis in aliquo suorum Feltorum id faciat. Respondeo: Omnis liberatio, etiam per Sanctos facta, redudat in merita Christi: semper enim verum est illud Christi Joan. 15. v. 5. *Sine me nihil potestis facere*. Intrinseca igitur virtus omnium miraculorum est à Christo: de externa verò exhibitione intelligitur quod ipse dixit Joan. 14. v. 12. *Mortui erunt (per me facturum) faciet Sanctus, qui credit in me*.

Nec obstat, quod omnia testimonia sumantur ex Ordine Franciscano: nam quero, unde credis Indulgentiam Portiunculæ, impulsionem SS. Stigmatum & similia? Nonne ex testimoniis Ordinis Franciscani? Sanè totum aliquem sanctissimum Ordinem, unà cum Sanctissimis Sociis Seraphici Patris suscipere de impostura in tali re, temerarium est. Alioquin simili argumento detrahes fidem omnium miraculis ac vitis Sanctorum, nec non revelationibus, factis personis devotis.

Sed dicit aliquis: S. Franciscus non potest illis animabus applicare thesaurum Ecclesiæ, nec communicare sua propria merita. Et dato quod posset mereri de congruo, ac impetrare hanc gratiam à Christo, sicut quilibet viator (Nec enim est inconveniens, inquit Scotus 4. dist. 45. q. 4. n. 8. aliquem, qui iam est in termino quoad se, per orationem mereri alteri; sicut videmus in potius, ubi Rex illud quod vult dare, vult tamen per intercessionem alicuius dare alicui, qui non est dignus statim exaudiri; & maxime vult, si aliquis apud eum maxime acceptus intercedat, qui tamen acceptus, nullum gradum ulteriorem amicitie, sibi meretur) hoc, inquam, gratis admisso, non videtur quomodo merita S. Francisci sufficiant pro tot millionibus animarum.

Respondeo: Non sufficient quidem ad solutionem in ratione pretii condigni; interim tamen mediante oratione potest illis impetrare applicationem meritum & satisfactionum Christi, quæ indubiè sufficiunt. Fateor, omnibus eodem modo convenit hoc privilegium sive plura, sive pauciora habuerint peccata; sive moriantur in vigilia festi B. Patris, sive diu ante mortui fuerint; sed quid tum? Num ideo irrationabile, & derogans divinæ iustitiæ?

Sciatis.

39.  
Quarta ob-  
jectio.

Duplex re-  
sponso.

Instantia  
solvitur.

40.  
In illo pri-  
vilegio con-  
firmatur  
Gratia.

41.  
Scheda  
obijcit  
D. Ang.

42.  
Respond.

43.  
quam im-  
pugnatur Sza-  
24.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

tia? Minus  
dist. 46. 9.  
non est contra  
& adus un  
Christus lati  
celum, & t  
hano, Moy  
in limbo reli  
Si obijcia  
Grinam Cat  
tollit pietate  
retrahit men  
crendis vel M

Responde  
dulgentias.  
dimus, attar  
ria; & ideo  
media ordina  
ceptum: Pr  
certa.

Instas: E  
hæresi Arnol  
vilegium def  
juste eum da  
inquirendum  
cellorum, in  
quia illud &  
lia & de Fide  
sus est. Hæc  
certas ratione

Redeo ad  
dico, si hoc  
tamus) ex il  
stram Conclu  
in liberatione  
tercedere sol

Si inferas  
punita. Resp  
sticiæ divinæ  
Christi pro  
alioquin fo  
potest, quas  
sicut non ma  
pœna remitt  
menta vel Sa  
plicatur fat  
solvitur totu

Nec repug  
Temp. in f  
stici 21. v. 1  
sed & de prist  
sic ait: Sed q  
feceris exaud  
rentia, ut ra  
ignem mittaris  
cammis pro pe  
vobis. Loqui  
que non hab  
nem sine pœ  
Responde  
Licet etiam



39. Quarta ob- jectio. Si obijcias: Hoc privilegium obscurat do- ctrinam Catholicam de operibus penitentiae, tollit pietatem, minuit timorem Purgatorii, retrahit mentes fidelium ab eleemolynis faciendis vel Missis &c.

40. Duplex re- sponsum. Respondeo I. idem obijci posse contra In- dulgencias. Respondeo II. Pie quidem cre- dimus, atamen non constat certo de hac gra- tia; & ideo non dimittenda seu negligenda media ordinaria, juxta illud communiter re- ceptum: Propter incertum non sunt dimittenda certia.

41. Inestas Inquisitor damnavit de haeresi Arnoldum Montanensem, qui hoc pri- vilegium defenderat. Respondeo: si verè & justè eum damnavit (quod relinquimus Aliis inquirendum) vel hoc fuit ob haeresim Fratri- cellorum, in qua erat ille Montanensis; vel quia illud & alia privilegia tamquam infallibi- lia & de Fide divina pertinaciter affirmare au- sus est. Hæc latius de prædicto privilegio ob- certas rationes.

42. Redeo ad principalem difficultatem, & dico, si hoc privilegium verum est (ut pu- tamus) ex illo non modicum confirmari nos- tram Conclusionem: non enim verisimile est, in liberatione omnium illarum animarum in- tercedere solutionem æquivalentem.

43. Si inferas: Ergo illa peccata manebunt im- punita. Respondeo N.C. sed satis fit plene jus- titiæ divinæ per applicationem satisfactionum Christi pro peccata, quam homines debebant alioquin solvere; quæ applicatio obtineri potest, quamvis fallibiliter, per orationes; sicut non manent peccata impunita, quando peccata remittitur per Indulgencias, per Sacra- menta vel Sacrificia, quibus infallibiliter ap- plicantur satisfactiones Christi, & plenissimè solvitur totum debitum.

44. Nec repugnat D. Augustinus Serm. 50. de Temp. in fine, ubi ad illa verba Ecclesia- stici 21. v. 1. Fili peccasti? Non adicias iterum, sed & de pristinis deprecate, ut tibi dimittantur, sic ait: Sed quid proderit deprecari, si te non dignum feceris exaudiri, non sciendo fructus dignos peni- tentiæ, ut tanquam steris arbor exardaris, & in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vultis cum depre- camini pro peccatis vestris, dimittite & dimittetur vobis. Loquitur quippe de remissione culpæ, quæ non habetur immediatè per impetratio- nem sine penitentia, & aliis requisitis.

45. Respondet Suarez disp. 37. sect. 10. n. 4. Licet etiam loquatur de remissione peccati

quoad culpam, non tamen de illa solùm, sed de omni remissione. Est autem eadem propor- tionalis ratio: nam etiam à Deo petimus re- missionem culpæ; non tamen petimus, ut re- mittatur propter solam orationem, sine debita dispositione; & ideo petendo hanc remissio- nem, ipsam etiam dispositionem postulamus. Ergo idem proportionaliter dicendum est de remissione peccati, & petitione ejus.

46. Sed contrà I. Augustinus loquitur de sola remissione culpæ, ut colligo ex his verbis im- mediatè præcedentibus: Quid ergo aliud sonat, quod superius ait: Omnis arbor non faciens fru- ctum bonum excidetur, & in ignem mittetur, nisi quod sinistra audiat sunt: Ite in ignem ater- num; elurivi enim, & non dedistis mihi man- ducare? Parum est itaque recedere à peccatis, si præ- terita curare neglexeris. Ergo non loquitur de peccatis temporalibus, sed de peccata æterna, per consequens de sola remissione culpæ & peccata æternæ; non autem de remissione peccata tem- poralis Purgatorii.

47. Deinde disparitas est inter remissionem culpæ, & peccata temporalis, quod Scriptura ubique inculcet necessitatem penitentia: & quamvis etiam sæpissimè significet necessita- tem satisfactionis, tamen aliudè constat per Indulgencias & Sacrificium Missæ remitti pec- cata temporales, estò numquam obtineatur re- missio culpæ. Ergo major necessitas Peniten- tiæ ad remissionem culpæ, quàm satisfactio- nis ad remissionem peccata temporalis.

48. Consimiliter communior & verior senten- tia est, Sacrificium Missæ non causare immè- diatè augmentum gratiæ sanctificantis, ta- meti tollat immediatè peccata temporales. Ergo non bene sequitur: possum impetrare remissionem peccata temporalium absque solutione æquivalenti, seu condigna satisfac- tione; ergo etiam augmentum gratiæ sancti- ficantis absque merito condigno.

49. Ratio à priori voluntas Dei, quæ facilius inclinatur ad unum effectum, quàm ad alium, ut patet ex jam dictis. Rationem congruentiæ assignat Lugo disp. 24. n. 23. quòd cum gra- tia sit immediata mensura gloriæ; oportuit hanc mensuram certam esse, & communem omnibus regulam præstinari obtinendi gra- tiam, ne aliqua querelæ species posset sub- oriri, si haberet majorem gloriam, qui mino- rem meruisset.

50. Dices: Ergo etiam ipsamet animæ in Pur- gatorio poterunt sibiipsis tali viâ remissionem obtinere. Esto; quid tum? Nam (ut docet Suarez Tom. 2. de Religione, lib. 1. de Orat. cap. 11. v. 14.) oratio illarum anima- rum habet vim impetrandi, quoniam justæ sunt & gratæ Deo; & possunt orare pro re- missione peccata, ut docet ibidem n. 15. di- cens: cur non poterunt humiliter à Deo pe- tere, ut quàm citissimè inde liberentur juxta

Scoti. dist. 46. q. 4. n. 17. dare bonum indebitum, non est contra iustitiam, quia est liberalitatis, & alius minus virtutis non repugnat alteri. Christus latronem bonum statim eduxit in celum, & tamen non fecit iniustitiam Abra- hamo, Moyli & aliis antiquis Patribus; diu in limbo relictis. Si obijcias: Hoc privilegium obscurat do- ctrinam Catholicam de operibus penitentiae, tollit pietatem, minuit timorem Purgatorii, retrahit mentes fidelium ab eleemolynis faciendis vel Missis &c. Respondeo I. idem obijci posse contra In- dulgencias. Respondeo II. Pie quidem cre- dimus, atamen non constat certo de hac gra- tia; & ideo non dimittenda seu negligenda media ordinaria, juxta illud communiter re- ceptum: Propter incertum non sunt dimittenda certia. Inestas Inquisitor damnavit de haeresi Arnoldum Montanensem, qui hoc pri- vilegium defenderat. Respondeo: si verè & justè eum damnavit (quod relinquimus Aliis inquirendum) vel hoc fuit ob haeresim Fratri- cellorum, in qua erat ille Montanensis; vel quia illud & alia privilegia tamquam infallibi- lia & de Fide divina pertinaciter affirmare au- sus est. Hæc latius de prædicto privilegio ob- certas rationes. Redeo ad principalem difficultatem, & dico, si hoc privilegium verum est (ut pu- tamus) ex illo non modicum confirmari nos- tram Conclusionem: non enim verisimile est, in liberatione omnium illarum animarum in- tercedere solutionem æquivalentem. Si inferas: Ergo illa peccata manebunt im- punita. Respondeo N.C. sed satis fit plene jus- titiæ divinæ per applicationem satisfactionum Christi pro peccata, quam homines debebant alioquin solvere; quæ applicatio obtineri potest, quamvis fallibiliter, per orationes; sicut non manent peccata impunita, quando peccata remittitur per Indulgencias, per Sacra- menta vel Sacrificia, quibus infallibiliter ap- plicantur satisfactiones Christi, & plenissimè solvitur totum debitum. Nec repugnat D. Augustinus Serm. 50. de Temp. in fine, ubi ad illa verba Ecclesia- stici 21. v. 1. Fili peccasti? Non adicias iterum, sed & de pristinis deprecate, ut tibi dimittantur, sic ait: Sed quid proderit deprecari, si te non dignum feceris exaudiri, non sciendo fructus dignos peni- tentiæ, ut tanquam steris arbor exardaris, & in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vultis cum depre- camini pro peccatis vestris, dimittite & dimittetur vobis. Loquitur quippe de remissione culpæ, quæ non habetur immediatè per impetratio- nem sine penitentia, & aliis requisitis. Respondet Suarez disp. 37. sect. 10. n. 4. Licet etiam loquatur de remissione peccati

42. Sed non esse pugnat. Disparitas inter remissionem culpæ & peccata temporalis. 43. Non valet positum accipere remissionem peccata absque solutione æquivalenti, ergo etiam augmentum gratiæ absque merito condigno. 44. Objectio solvitur. 45. Suarez.





ordinem suæ divinæ providentiæ, sive hoc sit immediatè condonando sibi aliquam partem pœnæ propter Christum; sive (quod facilius est) excitando fideles iustos, qui pro eis satisfaciunt, & suffragia vel indulgentias pro eis applicent. Ita enim refert Gregorius in lib. Dialogorum interdum visas esse animas Purgatorii petere à viventibus suffragia: ergo etiam poterunt orare Deum, ut aliquo modo eis provideat, quo citò inde liberentur. Hæc ille. Si ergo possint orare Deum, ut eis provideat, immediatè condonando sibi aliquam partem pœnæ propter Christum; quidni aliquando Deus eas exaudiat? Interim quia sunt in statu punitonis, rarò videntur exaudiri.

Quidni frequentius exaudiantur, qui nondum sunt in statu punitonis & satisfationis, sed adhuc in statu plenissimæ satisfationis, id est, homines viatores pro seipsis Deum obsecrantes, ut immediatè sibi condonet aliquam partem pœnæ propter Christum? Quamquam enim aliâ viâ possint cum gratis Dei totum debitum solvere ad æqualitatem per opera satisfactoria de condigno ex opere operantis; numquid ideo præcludenda viâ impetrationis magis, quàm viâ satisfaciendi per Indulgentias aut Sacrificia, vel Sacramenta ex opere operato? Et hanc ultimam viam omnes Catholici admittunt debent: quidni etiam viam impetrationis possint admittere? Nihil repugnat, ut habet prima pars Conclusionis, quæ suppositâ veritate secundæ partis, nullam specialem habet difficultatem.

45. Contra secundam partem. Concluf. opponitur script. Matth. 5.  
Ceterum contra secundam partem opponitur Scriptura Matth. 5. v. 26. *Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem*, per te scilicet, vel per alium: ergo sine causa petitur à Deo, ut gratis remittat debitum pœnæ; nec talis oratio in hoc sensu mereretur exaudiri. Ac proinde quando Ecclesia orat pro fidelibus defunctis, ut Deus remittat ipsis pœnas Purgatorii, non censetur rogare, ut id fiat sine sufficienti satisfatione; sed ut Deus misericorditer provideat modum, quo iustitiæ satisfiat, excitando fideles iustos, qui pro eis satisfaciunt. Similiter quando Beati orant pro animabus defunctorum, non intendunt, ut omninò gratis liberentur à pœnis Purgatorii; sed I. ut Deus det viventibus gratiam ad satisfaciendum pro illis. II. ut satisfationes suæ superflue illis applicentur. III. ut acceleretur liberatio mediante intentione pœnæ, ut Aliqui volunt.

Pari ergo modo dici potest, quando fideles in hac vita pro seipsis petunt à Deo remissionem pœnarum temporalium, primò recognoscere opera sua de se talia non esse, ut ex rigore iustitiæ sufficerent ad pœnam peccatis debitam persolvendam: & ideo petunt à Deo benignè acceptari. Secundò petunt auxilium & devotionem ad ita orandum, ut satisfacere

possint; atque ad eò illamet oratione, quæ se debitores recognoscunt, satisfationem aliquam exhibere intendunt. Ita Adversarii.

46. 46. Respondet: satis capio, talem posse esse sensum illarum orationum; sed non satis video repugnantiam seu inconvenientiam sensus nostri, id est, non intelligo, quare non possim orare, seu petere à Deo mihi, vel aliis, immediatam remissionem alicujus partis pœnæ propter Christum: sic enim non gratis omninò remittitur pœna, sed propter satisfationes Christi, quas aliquo modo ex opere operantis per illas orationes mihi, vel aliis applico.

Ex quo patet, quid respondendum ad illam Scripturam, quæ parabolica est; & ideo non in omnibus necessariò adaptanda. Sufficit melius esse in hac vita satisfacere, quàm expectare post hanc vitam: quia (sicut antea innuavi) faciliùs exaudiantur illi, qui sunt in statu satisfationis, quàm illi, qui sunt in statu punitonis seu statu satisfationis. An autem subinde non exaudiantur etiam illi, qui sunt in statu punitonis; sed semper debeant reddere novissimum quadrantem pœnæ, vel per alios, impertinens est ad veritatem illius parabolæ. Sufficit incertitudo hujusmodi exauditionis, ne propterea homines procliviores sint ad peccandum, & ut solliciti sint de operibus satisfactoriis de condigno ex opere operantis, vel opere operato.

Unde non valet argumentum Suarez disp. 37. sect. 10. v. 6. numquam in sacra Scriptura legitur esse promissam remissionem pœnæ nostris operibus, nisi quatenus satisfactoria sunt, atque ad eò ut pœnalis: ergo ex præcisa ratione meriti de condigno, seclusâ ratione satisfactoris, non respondet nostris operibus aliqua remissio temporalis pœnæ.

Confirmatur: quia hæc ratio non mereatur hono de condigno bona temporalia, nisi quatenus necessaria sunt, & aliter obtineri non possunt. Unde si homo indiget re temporali, quam emere v. g. potest, non est cur pet sua merita velit extraordinariè illam à Deo obtinere. Sic ergo cum possit homo hanc proprio & statuto pretio redimere, non est cur aliâ viâ de condigno illam mereatur, nec censeri debet facere, quod in se est, ad hanc remissionem obtinendam, donec proportionalem pœnam solvat. Hæc ille.

48. 48. Sed non valet argumentum: nam in primis promissionem generalem supra assignavimus ex Matth. 21. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Deinde Conclusio nostra non docet orationem esse meritum condignum, sed meritum congruum, & ideo fallibile seu incertum, sicut est fallibile & incertum meritum bonorum temporalium. Quantum ad simile, claudicat nimis; quia sine causa non est exigendum miraculum: qui autem per orationem petit remissionem pœnarum, non

non petit mihi à Deo præstare quamvis etiam tuis, contrariè.

Ex quo felicitates fidelitones SS. quæ brevi Purgatiorum profunt providentiæ, rum relaxati linguatur iustitiam aliquant quadrantem eorum subord adeoque cont non orant, sitione: Si Diter orarent, in

49. 49. Itaque (ut video ullam mo justus ve do, possit in temporalium est aliunde p tem sive ex operato. Qu est quantum pena extrao Deus specialit vita, sicut p satisfacere de facere, quo in nem consequa remissionem f mereri de con

Quin prob nere posse ren cum etiam ab tneatur remi tistationis co exhiberi i qui nificentiſſimo factio sit possi meum, ut q æqualitatem, tæ ex opere o via in Ecclesi ad amovenda nam, quàm jejunia, elec spirituales vit animi dolore f ut communit

49. 49. Probabile est quod aliquando sit remissio pœnæ.



CONCLUSIO IV.

Opus satisfactorium debet esse opus honestum ac liberum.

DE prima parte non est ratio dubitandi, intellecta (sicut intelligi debet) de satisfactione condigna ex opere operantis, & opere honesto saltem ex objecto. Patet ex dictis: nam eodem modo loquitur Trid. de opere satisfactorio, & merito. Et dicit utrumque ex Christo vim habere, à Christo offerri Patri, & per Christum acceptari à Patre, sess. 14. cap. 8. Et can. 14. definit, satisfactiones, quibus poenitentes per Christum Jesum peccata redimunt, esse cultus Dei. Jam autem opus malum vel indifferens liquet profectò, non esse cultum Dei, neque à Christo offerri Patri, neque per Christum acceptari à Patre, neque ex Christo vim habere. Putas, quia Deus Pater poterit acceptare & condignè placari per opera, quæ ipsi displicent, aut saltem non placent?

Noli putare, quia scriptum est: *Odio sunt Deo impius, & impietas eius*, Sap. 14. v. 9. Et quamvis actus indifferens (si dari possit, de quo Aliqui dubitant) odio non sit Deo, & ideo ipsum non puniat, nec pro eo exigat satisfactionem; equidem non placere sive ad meritum, sive ad satisfactionem de condigno, probatur: quia opus meritorium debet fieri in obsequium alterius, à quo expectatur retributio: similiter opus satisfactorium in obsequium ejus; à quo expectatur remissio poenæ: Hoc ipso autem, quo opus aliquod fit in obsequium Dei, jam bonum est, quòd aliàs foret indifferens. Itaque non minùs inconueniens est, Deum remittere poenam propter opus inhonestum, vel saltem non honestum, quàm propter tale opus retribuere aliquod aliud premium.

Ex quo inferunt Aliqui; opus satisfactorium debere esse honestum honestate aliqua supernaturali, non intrinsicè, sed extrinsicè, id est; imperari debere ab aliqua virtute supernaturali; eo modo, quo id requiritur ad opus meritorium: nam (inquiunt) satisfactio nostra ex opere operantis de condigno, est per modum cujusdam meriti; quia non est per exactam poenæ inflictionem, sed per quandam recompensationem proportionatam secundùm moralem valorem & existimationem. Ita Suarez disp. 37. sect. 3. n. 3.

Si objicias: Ad meritum condignum rei temporalis non requiritur ulla supernaturalitas. Respondet I. probabile esse, nullum meritum de condigno, cujuscumque præmii sit, posse ex omni parte esse naturale. Respondet II.

50. Concluc loquitur de satisfactio- ne condigna ex opere operantis & honestate objectiva. Conc. Trid.

Opus indifferens non placet Deo, Sap. 14.

51. An opus satisfactorium debet saltem imperari ab aliqua virtute supernaturali.

Affirmat Suarez.

Et ad objectionem respondet.

Q99993 det II.

non petit miraculum, sed illud quod non raro à Deo præstatur, aut saltem natum est præstari, quamvis etiam frequenter, & fortè frequentius, contrarium accidat.

Ex quo festinè cognoscitur, neque per orationes fidelium in hac vita, neque per orationes SS. qui cum Christo regnant in cælo, brevi Purgatorium evacuandum fore; hæc namque profunt animabus juxta modum divinæ providentiæ, sic impetrando aliquam poenarum relaxationem, ut suus quoque locus relinquatur justitiæ; sic impetrando liberationem aliquam animarum, ut aliæ novissimum quadrantem reddere debeant. Itaque preces eorum subordinatæ sunt divinæ providentiæ, adeoque contra voluntatem Dei absolutam non orant, sed saltem sub tacita quadam conditione: Si Deus ita disposuerit. Et quamvis aliter orarent, indubiè nihil impetrarent.

Itaque (ut concludam hunc discursum) non video ullam repugnantiam in eo, quòd homo justus vel sibi vel alteri; vivo vel defuncto, possit impetrare remissionem poenarum temporalium sive hujus, sive alterius sæculi estò aliunde possit Deo satisfieri ad æqualitatem sive ex opere operantis, sive ex opere operato. Quid de facto fiat, satis incertum est quantum ad poenas Purgatorii: nam de poena extraordinaria & quasi accidentali; quæ Deus specialiter voluit punire peccatum in hac vita, sicuti pro hac homo justus non potest satisfacere de condigno, immò neque aliquid facere, quo infallibiliter talis poenæ remissionem consequatur; ita satis certum est, ejus remissionem fallibiliter impetrare posse, seu mereri de congruo per orationes.

Quin probabile existimo, eadem viâ obtinere posse remissionem poenarum Purgatorii, cum etiam ab homine non raro petatur & obtineatur remissio poenarum, sine oblatione satisfactionis condignæ, est talis absolutè possit exhiberi: quidni igitur & à Deo, utique munificentissimo, quantumvis condigna satisfactio sit possibilis? Interim placeat consilium meum, ut quisque studeat satisfacere Deo ad æqualitatem, sive ex opere operantis, aut certè ex opere operato: neque enim securior ulla via in Ecclesia Dei umquam existimata fuit, ad amovendam imminentem à Domino poenam, quàm ut hæc poenitentia opera, puta jejunia, elemosynas, orationes & alia pia spiritus vitæ exercitia, homines cum vero animi dolore frequentent. Pia (inquam) nam, ut communiter docent Theologi;

49. Interim est an poena Purgatorii remittatur aliquo modo equivalenter

probabile est quòd aliquando sit remissio sine

52. Deinde Conclusio esse meritum congruum, & ideo fallibile & incertum. Quoniam; quia sine miraculo: qui autem remissionem poenarum, non

tentia. met oratione, qui se t, satisfactionem et. Ita Adversarii. apio, talem posse esse. m); sed non satis videtur. venientiam sensus no. go, quare non possit. mibi, vel aliis, im. alicujus partis poenæ. enim non gratis commi. d propter satisfactionem. modo ex opere opera. mibi, vel aliis applico. mid respondendum ad. parabolica est; & ideo. id adaptanda. Sufficit. satisfacere, quam ex. quia (sicut antea in. untur illi, qui sunt in. am illi, qui sunt in. ato satisfactoris. An. audiuntur etiam illi, onis; sed semper de. um quadrantem perse. mens est ad veritatem. incertitudo hujusmo. opere rea homines pro. odum; & ut solliciti. oris de condigno ex. ere operato. nentum Suarii disp. 37. am in sacra Scriptura. n remissionem poenæ. quatenus satisfactoria. alia: ergo ex præcisi. gno, seclusâ ratione. det nostris operibus. is poenæ. ac ratione non mere. bona temporalia, nisi. e, & aliter obtineri. mo indiget re tempo. potest, non est cur pet. ordinariè illam à Deo. possit homo hanc pro. edimere, non est cur. meretur, nec cen. in se est, ad hanc re. donec proportionate. ille. nentum: nam in primis. supra assignavimus. cumque perierit in ora. r. Deinde Conclusio. em esse meritum con. congruum, & ideo fal. ut est fallibile & incer. temporalium. Quoniam; quia sine miraculo: qui autem remissionem poenarum, non